hoc chronicon continet inscriptum Incipit liber sextus. Cronica presulum archiepiscoporum Coloniensium. Hic illic alia manus coaeva margini notulas apposuit. Codex tam egregius est, ut rarissime tantum ab eo recedendum fuerit; quod religiose semper annotavi.

2., Codex S. Nicolai Brunwilarensis, iam Bruxellensis 2321. chart. oct. s. XV. ex. inter multa alia chronicon exhibet minus bene descriptum quam 1; nam scriba hic illic in textum recepit, quae in exemplari quo utebatur, ~~in~~ margini adscripta legebat; alia omisit, non consulto, sed negligenter; neque recte semper legit, velut ~~ut~~ quum pro dñs saepissime scribit dictus. Quamobrem accurate quidem eum contuli, sed raro tantum annotavi, in quibus ab 1. differt.

3., Codex Bruxellensis 10259. chart. anni ~~anno manu continua exaratus~~ a. 1522. nil continet nisi chronicon, ~~ab codice 2 rarissime~~ cum continuatione, ab eadem manu ~~eodem~~ calamo continuo illi subiecta. Tam similis est codici 2, ut ex eo fluxisse videretur, ni quas ille in textum recepit notas marginales, 3 omnes omitteret, et hic illic cum 1 conveniret, ubi 2 malam exhibet lectionem.

4. Würzburg.

L. C. B.